G quit, idolorum ſcimus quia omnes ſcientiam habe-
mus, Scientia inflat, charitas vero ædificat. Proin-
de & iſta ſcientia quamuis ad legem dei pertineat, ſi
in aliquo ſine charitate fuerit, inflat & nocet. Quid
de ipſo corpore & ſanguine domini vnico ſacrificio
Ioan.6. pro ſalute noſtra, quamuis ipſe dominus dicat, Niſi
quis mãducauerit carnem meam & biberit ſangui-
nem meum, non habebit in ſe vitam? Nõnne idem
Apoſtolus docet etiam hoc perniciosum male vtẽ-
1. Cor.11. tibus fieri, ait enim, Quicunque manducauerit pa-
nem & biberit calicẽ domini indigne, reus erit cor-
Baptiſmum nõ poris & ſanguinis domini? Ecce quemad-
modum obſunt diuina & ſancta male vtẽtibus, cur
omnibus non hoc modo & baptiſmus? Cur non ita in bono ba
prodeſſe. ptiſmo non ſunt boni hæretici, quomodo in bona le
XXVI. ge non ſunt boni Iudæi? Iam certe probaui conce-
dentibus vobis, quandoquidem Paulo vos credere,
& teſtimonia quæ de ſcripturis poſui Paulum di-
xiſſe conceditis. Iam ergo probaui conceſſionibus
veſtris quædam etiam bona legitima obeſſe, tamẽ
non legitime habentibus & vtentibus. Cur non ita
& baptiſmus quãuis bonus & legitimus, non tamẽ
H omnibus habentibus prodeſt? Tu tãq; certiſſimum
& conſequentiſſimum concludebas in parte Dona-
ti eſſe hominem baptizandum, quia nos etiam ibi
eſſe concedimus baptiſmum, nec attendebas poſſe
nos dicere eſſe ibi quidem baptiſmum Chriſti iu-
ſtum, ſanctum & bonum, ſed pœnalem contrarium,
perniciosum inimicis corporis Chriſti quod eſt ec-
cleſia, quæ ſecundum promiſſa diuina in omnibus
Falſitas gentibus dilatatur. Nunquid hic quid dicas
falſitatẽ inuenies, niſi non in eis bonis ad legem dei pertinẽ-
trahit. C. tibus deputãdum eſſe baptiſmum, quæ poſſunt ho-
XXVII. mines & habere & mali eſſe & boni non eſſe, ſed ip-
ſam quidem legem & ſcientiam & ſacrificium cor-
poris & ſanguinis Chriſti talia bona eſſe quæ poſ-
ſunt homines & habere & mali eſſe: baptiſmum
vero tale bonum eſſe, quod quiſquis habuerit ne-
ceſſario bonus ſit? Quod ſi dicere volueritis, fal-
ſum dicetis, & ideo quid aliud falſum conſequatur
attende. Quod non ideo commemorabo vt ex il-
lo tuo falſo ad alia falſa te adducam, ſed vt hoc con-
ſequens cum falſum eſſe cognoueris, ab hoc te li-
beres, illud quod præcedit emẽdes. Quid ergo præ-
cedit? ex vobis omnes qui habent bonum baptiſmũ
I bonos eſſe, quod eſt falſum eundẽs. Quid conſequi-
tur? bonos fuiſſe ſcilicet illos qui ſchiſmata faciebãt
2. Cor.1. dicentes, Ego quidem ſum Pauli, ego autẽ Cephæ,
ego autem Chriſti. Quos arguens Apoſtolus ait,
Diuiſus eſt Chriſtus? Nũquid Paulus pro vobis cru
cifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Sed
falſum eſt q̃ iſti boni erant, exceptis eis qui dicebãt
ego autẽ Chriſti, & tamen baptizati erant baptiſmo
Chriſti. Hoc itaq; falſum quare ſecutum eſt? Quia
falſum præceſſit, omnes habẽtes bonum baptiſmũ
bonos eſſe. Vtrunq; ergo reſpuatur, vtraq; ſentẽtia
corrigatur, vt quoniã manifeſtum eſt iſtos qui ſchi-
ſmata faciebant bonos non fuiſſe, & tamẽ bono ba-
ptiſmo baptizatos fuiſſe, illud etiã manifeſtum ſit,
nõ omnes qui bonum habent baptiſmũ bonos eſſe,
ac per hoc non ideo tenemus vt in parte Donati ba-
ptizandũ eſſe aliquẽ concedamus, quia & partẽ Do-
nati quã malam dicimus, bonũ baptiſmum habere
Inconſe- cõcedamus. Rurſus vt ex ea conſenſione me ad
quẽs. Ca. id quod conſentio detineres, poſuiſti ſcriptum eſſe:
XXVIII. Vnus deus, vna fides, vnũ baptiſma, vna incorru-
Ephe. 4. pta & vera catholica eccleſia. Quæ omnia cõcedo,
& ſi aliquãto aliter ſcripta ſunt. Sed quid ad rem, cũ
omnia ſicut dixiſti iſta concedam? Verum quod ex
his conaris efficere nõ efficitur, videlicet vt qui nõ
ſunt in vna Eccleſia, non poſſint habere vnum ba-
ptiſmũ, quod omino falſiſſimum eſt, & melius, quia
& ipſe poſuiſti vnde te poſſum cõmemorare quod K
volo. Certe enim iſta propoſuiſti in conceſſionibus
meis ex quibus me adducas ad intentionem tuam,
vnum deum eſſe, vnam fidem, vnum baptiſmum,
vnam incorruptã & catholicam eccleſiam: Quæ cũ
inter nos cõueniant, putas ex his illud quod non cõ-
uenit poſſe monſtrari, apud eos qui non ſunt in hac
vna eccleſia, hoc vnũ baptiſma eſſe non poſſe. Ego
autẽ dico poſſe ſi non mutatur, ſi hoc idem obſerua-
tur: nec ideo fieri vt non ſit vnum baptiſma, quia eſt
apud illos qui in vna non ſunt eccleſia. Hoc autẽ pro-
bo ex his quæ in eadẽ ſententia poſuiſti de vno deo
& vna fide: inuenimus enim eundẽ deum extra ec-
cleſiam ab ignorantibus coli, & nec ideo fieri vt nõ
ipſe ſit deus, & fidem qua creditur Chriſtum eſſe fi
lium dei viui, inuenimus etiã eos qui nõ pertinent
ad membra eccleſiæ confiteri, nec ideo fieri vt non
ſit vna fides. Sic etiam cum inuenimus eundem ba-
ptiſmum ab eis qui ſunt contra eccleſiam in bapti-
zandis hominibus obſeruari, nõ ideo nõ eſſe ipſum L
baptiſmum exiſtimare debemus. Fortaſſe ad Nõ alius
hoc dicas, fieri non poſſe vt extra eccleſiam idẽ ipſe baptiſm?
vnus deus colatur, aut eadem fides qua confitemur ſed idem
Chriſtum filium dei, vnde Petrus beatus eſt appel- hunc vti-
latus, etiã in eis qui non ſunt in eccleſia, reperiatur. lis illi in-
Hoc ergo reſtat vt probem. Habes in hoc ipſo beati utilis. C.
Pauli ſermone quem ſupra ex Actibus Apoſtolo- XXIX.
rum cõmemoraui, cũ de deo loqueretur, quia inſcri-
ptum in ara inuenerat, ignoto deo, quẽ vos, inquit,
ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis. Quid
eis prædicare cupiebat, niſi eundẽ deum quem præ-
ter eccleſiam ignorãter atq; inutiliter colebãt, in ec-
cleſia ſapiẽter & ſalubriter colerẽt? Ita vobis & nos
dicimus, quem baptiſmũ vos ignorãtes obſeruatis,
eius poteſtatẽ vobis nos annunciamus, non vt cum
ad nos veneritis alterum accipiatis, ſed vt eum qui
iam apud vos erat vtiliter habeatis. De fide etiam
Iacobus Apoſtolus cũ loqueretur aduerſus eos qui
ſibi quod crediderant ſufficere arbitrabantur, & be-
ne operari nolebant, Tu credis, inquit, quoniam v- Iaco.2.
nus deus eſt, bene facis, & dæmones credunt & cõ-
tremiſcũt, Nempe in vnitate eccleſię dæmones nõ
ſunt, nec ideo tamẽ poſſumus dicere aliud eſſe quod
creduit, cum & domino Ieſu Chriſto dixerint, quid Marci.1.
nobis & tibi eſt fili dei? Vnde Paulus Apoſtolus, 1.Cor.13.
Si habeã, inquit, omnẽ fidem ita vt mõtes trãſferã, M
charitatẽ non habeã, nihil ſum. Non autẽ exiſtimo
quenq; ita deſpere vt credat ad Eccleſiæ pertinere
vnitatẽ eum, qui nõ habet charitatẽ. Sicut ergo de?
vnus colitur ignorãter etiã extra Eccleſiã, nec ideo
non eſt ipſe, & fides vna habetur ſine charitate etiã
extra eccleſiam, nec ideo nõ eſt ipſa. Vnus emẽ de?, Ephe.4.
vna fides, vnum baptiſma, vna incorrupta catholi-
ca eccleſia, nõ in qua ſola vnus de? colitur, ſed in qua
ſola vnus deus pie colitur: nec in qua ſola vna fides
retinetur, ſed in qua ſola vna fides cũ charitate reti-
netur. Nec in qua ſola vnus baptiſmus habetur, ſed
in qua ſola vnus baptiſmus ſalubriter habetur.

Proinde vnum deum, vnã fidem, vnũ baptiſma, Argu-
vnam incorruptam & catholicam Eccleſiam nobis mentum
conſentientibus tu propoſuiſti, ſed nõ ſolum ex his retortũ
id quod volebas nõ effeciſti, verumetiam vt ex his in aduer-
quod volebamus te admoneremus, nos multum ad ſariũ. Ca.
iuuiſti. Vide ergo nos q̃ probabilem rationem ſe- XXX.
quamur qui ea quæ ſchiſmatici vel hæretici corru-
perunt, cum ad nos inde veniunt corrigimus: quæ
vero ſicut acceperunt tenuerunt, agnoſcimus & pro Chara-
bamus, ne commoti humanis vitijs vltra iuſtitiam cter.
faciamus vllam diuinis rebus iniuriam, cum Apo-
ſtolum videamus etiam in ara gentilium à quibus
idola colebantur, dei nomen inuentum confirmaſſe
potius quàm negaſſe. Neque enim propterea im-
mutandus